† aliàs & ex his.

vtriusq; cõe est: ve luti si q. vina sua cõfunderint, aut massas argẽti uel auri cõflauerint. ¶ Sed & si diuersae materiae sint, † & ob id ꝓpria spẽs fcã sit, forte ex uino et melle mulsũ aut ex auro & argẽto electrũ,ª idẽ iuris[b] ẽ. nã & hoc casu cõem esse spe ciẽ nõ dubitatur. Qđ siue fortuitu, & non voluntate dñorum confusae fuerint, † uel eius dẽ gñis materiae, uel diuersae, idem iuris esse placuit.[c] ¶ Species duorũ

SYL. ¶ Qđ si frumentũ. Casus facilis est, sic dem formatur in text.* ratio autem dubitã di in primo di cto nõ est quę renda, quandoquidem dominorum consensu facta est cõicatio, cùm ẽt in confusis supra proxi. §. Imperator di xerit non esse dubitãdũ. Sed quoties mixtio fortuitu fit, tũc dubiũ facere poterat. §. ꝓcedẽs, vbi idẽ statuit siue ex cõsensu siue casu, materiae cõfun dantur.] Quamuis. n. non fiat realis commistio, fit tñ talis in granis frumenti, ut impossibilis sit separatio: magis enim facile separatur auũ ab argento, q̃ frumentũ a frumento: dr tamen cõtrariũ.* Ratio decidendi assignatur in tex. ibi, quia singula &c. & confirmatur per simile Hinc infert Iustin. quod cum frumentum non fiat commune, competit in rẽ actio

†aliàs vel diuersae materiae, uel quae eiusdem generis sunt, idẽ &c.

pro quantitate cõmunicata: sed iudicis erit aestimar, quaten' excedat vel minor sit estimatio bonitatis vni', vel a terius frumẽti. Nõ. collige per te.]

d Quod si frumentũ. [Diximus qñ cõfunduntur ita, ut separari nõ possint, nũc uidendũ est quãdo singula corpora in sua substãtia durãt, quo casu dicuntur immisceri.

e ¶ Communicata sunt. & ideo locũ habet cõi diuidundo actio, ut ff. de rei vend. l. si frumentum, 2. re spon.

f ¶ In sua substantia durãt. Sed nunquid idem, si nostra volũtate fuissent immista? Videtur q̃ sic: nostra eni cõtemplatio uel voluntas non potest mutare substantiã granorũ, quin semper discreta sint à se inuicẽ, quod vr esse contra. §. pręcedentem. Sed respon. non est mirũ: aliàs enim simile reperimus: nonne tps cõtinuum est sui natura, cũ tps sit mensura motus primi mobilis, q. motus est vniformis, & cõtinuus, ut dicit Arist. in 7. Phys. & tamẽ partes in ipsa contẽplatione distinguimus & assignamus, dicentes quoddã praesens, quoddã praeteritum, quoddam futurũ? sic in granis frumenti dicimus, q̃ licet eorũ corpora sint discreta in suis terminis, communia in ea possumus facere ita q̃ aliqua non sit particula in tuo grano, quam tu non cõmunices mihi: ñulla in meo q̃ ego tibi

Continuatio.

† Istã gl. nõ credo esse Acc. quia non reperitur in antiquis originalibus: nec de ea do cto. aliq̃ faciunt mẽtionẽ.

Frumẽtũ duorũ in eorũ uolũtate possit fieri cõmune.

Tempus quid est.

Tẽporis diuisio.

volentib. mutę cões fiunt: secus si casu, h. d. ex l. idẽ Pompo. in princi. ff. de rei vend.

¶ Qđ si[d] frumẽtũ Titij frumẽto tuo mistũ fuerit: si qui dẽ ex uolũtate uestra, cõe est; quia singula corpora, i. singula grana, quę cuiusq; ꝓpria fuerũt, ex cõsensu uestro cõicata sunt.[e] Qđ si casu id mistũ fuerit, uel Titi' id miscuerit sine tua voluntate, nõ uidetur cõmune esse: quia singula corpora in sua substantia durant.[f]

tibi non communicem: qđ non esset deficiente nostra uolūtate: sicut nec in tempore distincto generarentur hæ diuersitates, nostra significatione uel respectu deficiente.

& tūc si facilis est separatio, uēdicari sua grana à quolibet poterūt. l. si frumētū. §. sed si plumbū. ff. de rei uen. Aut est difficilis, & iudex tñ circa qualitatē, q̃ circa quātitatē arbitrabitur: dummodo nō faciat separari grana, ut hoc tex.]Et no. triplicē eē dfiam inter hūc §. & superiorē. species. n. dicunt misceri, ut hic. materia confundi, ut s. sed Pet. cōtra. Itē hic remanet f. eadē substantia, ibi non. Item confusa fiūt cōia & sine dñorū uoluntate, ut s. prox. §. hic nō.

† aliàs de est sed.

a ¶ Mista. qđ fit per errorē; quo casu dominiū nō trāsit, ut ff. eo. l. si procurator ij: uel ut melius pascant: & facit. j. ad l. Aql. in prin. ubi dicit, ꝙ gregatim pascūtur. Sed contra. ff. de sol. l. si alie. Sol. ibi est speciale in pecunia numerata, ut ibi dicit ut ff. si cer. pet. singularia.

† Sed nec magis istis casibus commune fit frumentum, q̃ grex intelligitur esse communis, si pecora Titij tuis pecoribus mista [a] fuerint. Sed si ab alterutro uestrū totū id frumētū [b] retineatur, in rem q̃dē actio pro mō[c] frumēti cuiusque cōpetit: [d] arbitrio aūt iudicis cōtinetur, ut ipse æstimet, q̃le cuiusq; frumentū fuerit.

¶ Materia ædificij cedit solo dūplū tñ soluit per ædificantem, nec uēdicatur nisi diruto ędificio hoc dicit. ex l. adeo. §. cum in suo. ff. de acqui. rer. domi.

SYL. ¶ Et hic & ibi hæc gl. communiter approbatur.]

b ¶ Frumentū. nōdum bona fide cōsumptum, tunc enim in factū actio daretur, ut ff. ad l. Aquil. l. qui occi. §. si quis alienum uinum.

c ¶ Pro modo, idest mensura.

d ¶ Cōpetit. idest ꝙ cuilibet tm̃ frumentum restituatur, quantum fuit suū, qñ non apparet quod fuerit suū: & hoc propter impossibilē discretionem, ut ff. de usufru. l. usufructuariū. §. si in uiuarijs. si aūt apparet quod cuiusque fuerit, hoc iudex æstimet, ut subijcit, ẜm Azo. & ẜm hoc dic q̃le, idest quod, & sic cuilibet sua grana restituantur. Vel dic proxi. rñ. arbitrio &c. esse de eo, de quo ē istud, scilicet qñ non apparet quod fuerit suum. & hoc innuit hoc uerbū, quale: non. n. dicit qđ, sed quale, ut in qualitate officiū uersetur & quantitate, non aūt corpore: cùm illud sit impossibile discernere: & sic probabit qui dicit suum fuisse melius.

SYL. Tu dic clarius, ꝙ aut à uolentibus cōmiscet, & effic li cōe: & datur actio cōi diuidundo: aut prę̄ter uoluntatē,

* Cū in suo. Casus Quærebat, si in solo meo ex materia aliena ædificē, utrius ędificiū eēt: & cū noua species fiat partim ex re faciētis, partim aliena, uidebat q. decisa. s. in §. qđ si partim. attamen tradit noua regula, ꝙ ædificiū cedit solo. nā cū solū à Deo creatū sit, ut firmamentū quoddā, sine quo ædificia nō cōsisterent, meritò placuit, ut tanq̃ pars potētior ædificij cæteras ad traheret. Sed eē iniquū esset quenq̃ re sua absq; eius uoluntate priuari, subditur ꝙ nihilominus dñs materiæ desinit esse dominus illius. Nam quemadmodum possidens domū non censetur res singulas possidere. l. eum qui ædes. ff. de usuca. ita nō dēt absurdū uideri, si q̄s intelligat dñs totius ædificij, nō huius uel illius rei, & ꝑter. si is, qui dñs erat materiæ remaneat dñs eiusdē, cū nō concurrat cū domino totius integralis. Cæterum quia si daretur uendicatio, necesse esset ædificiū rescindi, ex quo urbs deformaretur, iccircò constitutum est, ut tantisper, ad ædificiū cōstat, is suam materiā uendicare non possit, sed duplū pro ea consequi.] SYL.

No.

¶Cùm in suo solo aliqs ex aliena materia[a] ædificauerit,[b] ipse intelligit dñs ædificij: † quia oē, qđ in solo ędificat,[c] solo cedit. Nec tñ ideò is, q materię dñs fuerat, desinit[d] dñs

no ædificiū solo cedere. Item φ nemo cogi pôt eximere tignū alienum iniunctum suis ædibus. Item φ quãuis dñs soli fiat dominus totius, tñ dominus materiæ remanet dominus. Itē quod rei uendicatio non daf dño. Item φ actio de tigno iniuncto est ex leg. duodecim tabu. & φ licet sit ciuilis, est pœnalis Item quid ueniat appellatione tigni.]

a ¶Cùm in suo solo. Suū est, etiam si alius habeat ibi usumfructū, ut infra de hæredi. inst §. j. ubi proprius seruus dicitur, in quo proprietatem nudam habet testator.

* ¶Adde, φ hoc casu fructuarius agit cum proprietario: siquidē ei nō licet quoquo modo rei speciē mutare, etiam in meliorem statum eā cōmutando l. repeti. §. ult. cum duabus ll. seq. ff. qui. mod. ususfru. amit. & l. ult. de usu. & habi.].

b ¶Aedificauerit. scilicet bona fide: alias non, immo tignū suum uendicaret, ut ff. de rei uen. l. in rē. §. tignū. † arg. à contrario sensu. Vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur, & iurabitur in litem, ut ibi nota.

* ¶Immo & si mala fide ædificauerit. l. 2. C. de rei uen. nā nec actio đ tigno iniūcto, q̄ ĩ casu huius §. ad duplū cōperit, aliter daf, q̄ si mala fide iniunctū fuerit tignum. l. de eo. ff. de do. inter uir. & uxo & l. 1. ff de tig. iniunc.]

* ¶Adde, aliud esse in ædificio sine calce constructo. (quod maceria seu maceries dr, vulgo paries siccus.) nā & hoc cedit solo. l. si precario. ff. cō. præd. ubi Bal not. & Alexan. in l. 1. §. nunc. in fin. de ope. no. nun.

c ¶Aedificat. idest in ipsa terra cōfigitur. Quid ergo de domo nō affixa solo? Rñ. non cedi solo, ut ff. de acqui. re do. l. Titius & facit ad hāc regulā. C. de ædi. pri. l. si is contra quē. Idē in sertis, & plantatis, quod hic in ædificatis dr, ut infra eo. §. si Titius. & §. qua rōne. Vnde uersus; Quicqd plantat, seritur, uel inædificat: Omne solo cedit, radices si tamen egit.

¶Dicas hoc uerū regulariter ut hic, tñ primo non procedit ubi ædificiū eēt illicitè cōstructū, & ueniret destruendum. l. fideicommissa. §. si quis illicitè. ff. de legat. 3. ubi Bal. Item in clerico ædificante de pecunia ecclesiæ. glo. in c. apostolico. 12. q. 2. Itē qñ dñs soli & ædificans essent tales, inter quos cadere ñ posset expressa donatio, gl. i. l. si uxor. ff. de dona inter uirū & ux.].

* ¶Has, & alias cōplures limitationes uide latius apud Soci. in suo tractatu de Regu. & fallen. regula. 111. in uer. Aedificium.]

¶Sed contra hanc regulam est. ff. de re. diui. l. intantum. in prin. So. illud speciale est.

* ¶Dic, φ non est aliqua specialitas: immo & ibi ædificiū cedit solo: quia qñ ædificatur in littore, solum, super quo ponitur ædificiū, cū sit nullius, efficitur proprium occupantis, licet diruto ædificio rursus in pristinā cōditionem reuertatur in qua sententia Ang quoq; Are. fuisse uidetur.]

d ¶Definit. scilicet ex causa ædificationis: sed alia eā pōt desinere, ut ff. de usucap. l. rerū mistura. §. Labeo. q̄ huic regulæ signatur contraria.

* ¶Dic φ uerbum (ideò) positum in hoc tex. tollit contrariū, qa in § Labeo. qui materiæ dñs fuerat, non desinit esse dominus eius propter ædificationem, sed ex præterita negligētia: nam licet uerè non posset perfici usucapio, quia possessor ædificij non intelligitur possidere singulas res in ædificium coniectas, ex quo tñ possidetur corpus illud, cui insunt res particulares, noluit lex interrumpi usucapionem ob id, quòd ad huc decem dies requirerentur ad illam perficiēdam, cùm in tam diuturna mora aduersarius antea fuisset]

† Hoc limitat singulariter Soc. ĩ tractatu. fallentia. ĩ reg. 310. limitat. 10.

† Et q̄uis nō possideat malæfidei existens p l. eum q ædes. ff. de usuca. conuenitur tñ, qa dolo desijt possidere. l. is qui do. ff. de rei uē. Et uendicabitur quidē non ut eximatur, sed ut in litē iuretur ſm Christo. hic.

SYL.

SYL.

SYL.

SYL.

eius esse, sed tātisper[a] neq; uendicare eā potest, neq; ad exhibendū[b] de ea re agere, ꝓpter legem Duodecim tabularum,[c] qua cauetur, ne quis tignū alienum ædibus suis iunctum, eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet, per actionē, quæ uocatur, De tigno[d] iniuncto. (Appellatione[e] autē tigni, omnis materia[f] significatur, ex qua ędificia fiūt.) Qđ ideò prouisum ē, ne ædificia rescindi necesse sit. Qđ si aliqua ex causa dirutum sit ædificiū, poterit materiæ dominus, (si non fuerit duplū

a ¶ Tantisper, idest interim.

b ¶ Ad exhibēdū. Scilicet ut eximat, nisi mala fide fecerit, ut ff. de rei uē. l. in rem. §. tignum. & ff. de tigno iniune. l. j. in fi. sed tunc non eximit, sed in litem iuratur, ut ff. de solutio. l. q res. §. fi. quia arbitrariæ sūt istæ actiones, ut ff. de in litē iur. l. in actionib. & J. de actio. §. præterea.

c ¶ Duodecim tabularum. lex quædam fuit, de qua dic. ut supra de iur. natu. §. & nō ineleganter.

SYL. * ¶ L. Duodecim tab. refert Fes. Pōpeius i hęc uerba; Tignum iunctum ædibus uineæve ne uendicato, nec soluito.]

SYL. * ¶ Riualli[n] li. n. historiæ iu. ciui. hāc legem his uerbis tradit: Tignum alienum furtiuū ædibus uel uineis suis iniūctū ne quis eximere cogitor, sed duplū pro eo per actionem de tigno iniuncto præstare compellitor.]

Actio de tigno iniuncto. d ¶ De tigno iniūcto. qua actione tenet & qui iniunctū hēt, licet non iniunxerit, & qui iniunxit, licet nō possideat, sed altero soluente alter liberatur, ut ff. de iis q deie. ce. uel effu. l. si uerò. §. si id qđ. & de flu. l. 1. in fi. & ꝙ ui aut clā. l. cōpetit. §. fi. Sed qđ si uelit magis rē reddere & eximere, q̄ duplū præstare? Rñ. Non audit, quia ꝓp publicam utilitatem hoc fuit statutū, ut J. eo. §. quod ideò &c. & ff. de ope. noui. nunc. l. prætor. & ff. de leg. 1. l. cętera. §. si duobus. Irem nunqd hęc actio comperit ēt cōtra eū, q bona fide iniunxit? Respon. sic, ut hic, licet contradixerint quidam.

SYL. * ¶ Opi. istorū uerior est. l. enim 12. ta. loquebat solū de tigno furtiuo. l. 1. ff. de tig. iniun. credendū tñ est legē uoluisse, ut & qui bona fide iniūxisset teneret saltē ad uerā æstimationē rei, non ēt ad duplū. l. de e. & ibi. gl. ff. de do. in uir & uxo. & in l. in rē. §. tignū. ff de rei uē. facit. l. bona fides. ff. de reg. iu.] Sed cōtra mala fide iniūgētē, alia præter hęc auxilia cōpetunt, ut rei uendic. Item ad exhibendum. Item furti. Itē furtiua condictio. ¶ Sed dic dari ut ęstimet, nō ut uēdicetur, cō. l. uetet interim eximi. l. q res. in fin. ff. de solu. & iō qua si dolo malo desierit possidere, iurabitur in litem. l. j. in fi ff. de tig. iniun. l. in actionibus. ff. de in lit. iur.] ¶ Itē hęc actio de tigno iniuncto, ut J. de actio. §. sic itaq;. & ff. de tigno iniuncto. l. 1. in fin. & l. fina.

e ¶ Appellatione. Facit ad hoc. ff. de uer. sign. l. tigni. & ff. ad exhi. l. gēma. & l. tigni. & ff. e. l. adeo. §. cū i suo. Itē qđ in domibus dr, idem dic in † caupona, siue domuncula, ut subijcit. † aliàs capanna. Quod iō &c. ad hoc. ff. de uer. sig. urbana prædia. Quidam tñ contra. Itē idē in uinea, ut ff de tigno. iniun. l. 1.

f ¶ Materia. ut cæmenta, & lapides.

** Valla. li. 6. c. 52. reprobat Acc. hic. inquiēs à Iurisconsultus exponi materiā ꝓ ligno ad ędificia utili. & quidē materia ita diffinit ab Vlpia. dū eam distinguit à ligno ut materia sit, quę ad ædificandū fulciēdumq; necessaria est: lignū, quicquid cōburēdi causa paratū ē. l. ligni. ff. de leg. 3. uerum, qđ ad hunc locū attinet, fallitur Valla recteq; locutus est Acc. ut patet ex l. 1. ff. de tigno iniun. nam rex. non dicit simpliciter, materia, sed ois materia, sicuti d l. tigni. ff. de uer. sig. oē genus materię, ad denotandum qualēcunque materiā nedum lignorum

Con-

a ¶ Consecutus. Hic est ꝙ .ff. de tigno iniun. l. fi. Sed ibi non cũ effectu fuit cõsecutas duplũ, q̃a licet egit, nõ tñ percepit adhuc duplũ, ut argu. ff. de iis qui deie. uel effu. l. perceptione.

b ¶ Vẽdicare. Nulla temporis pscriptione obstante in rei uẽdicatione, ut ff. de rei vendi. l. in rẽ. §. fi. quia nec pri9 agere potuit, ut C. de anna. excep. l. j §. fina. Aliud ergo si mala fide iniunxit, q̃a tunc agere potuit: vñ triginta annis repellitur à rei vendicatione, vt C. de pscri. triginta ann. l. sicut,

ADDITIO

Quã commoditatẽ non ex sua mala fide, sed ex negligẽtia non petẽtis consequir: aliàs esset absurdũ, secundũ omnes doctores hic.

iã cõsecutus[a] tũc eã uendicare,[b] & ad exhibẽdum de ea re agere.

¶ Aedificãs de sua materia in alieno solo sciẽter dominiũ amittit: bona verò fide ędificãs, si possidet, repellit dominũ agentẽ exceptione doli, nisi soluat impensas. h. d ex l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acqui. re. do.

¶ † Ex diuerso, si quis ĩ alieno solo ex sua mã domũ ędificauerit, illius † fit domus, cuius & solũ ẽ. Sed hoc casu, materiæ dñs ꝓprietatem eius amittit, q̃a uoluntate eius intelligit[c] esse alienata: utique si nõ ignorabat se in alieno solo ædificare: & iõ licet diruta sit domus, materiã tñ uẽdicare nõ põt.[d] ¶ Certè illud constat, si in possessione constituto ędificatore, soli dñs petat domum suã esse, nec soluat pretium materię, & mercedes fabrorum,[e] posse eum per exceptionẽ[f] doli mali re-

† aliàs & ex diuerso.

† aliàs fit.

quare deĩ potius exceptio, q̃ actio, ẽ q̃a actio concediriur de rigore iuris, exceptio n on, sed de ęquitate, & facilius. l. j. §. pt erea. ff. de superficie. No. ꝙ ædificãs in solo alieno ex sua materia, videt materiam alienare & donare, si sciẽter ædificat. Itẽ ꝙ facilius datur exceptio & retentio, quàm actio.]

c ¶ Intelligit. sic C. de ædi. pri. l si is contra quem.

d ¶ Non põt. Quæ alienata est, non potest vendicari. Sed contra. C. de rei ven. l. 2. in fin. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno ædificauit, hic de sua in alieno. Quare dic: aut de mea mã & in meo ædificio & tunc planũ ẽ: aut de aliena in meo, ut s̃. prox. §. aut de meo in alieno ut hic: aut de aliena in alieno, ut in d. le. contraria continetur.

Aedificari põt qua dupliciter.

SYL. ¶ Ex diuerso. Caius. Quærebat ecõtrario, si ex sua materia in alieno solo ædificatũ sit, q̃d iuris: & uidebatur idẽ, ꝙ s. cederet solo, daret tñ actio ædificãti ad pretiũ materiæ, quia nõ præsumitur donatio. l. cãpanus. ff. de ope. libe. Sed cõtrariũ decidit distinguendo, ꝙ s. si ædificetur à sciẽte, cũ sciat se ꝯ iuris regulas ędificare, priuatur cõmodo ædificij ex psumpta donatione, sicut in soluente sciẽter indebitũ §. j. ĩ. qui. mo. re cõtrah ob. Si uerò ædificetur bona fide, daĩ exceptio doli,* si dñs agens nolit soluere pretium materiæ, & mercedes fabrorũ: uidetur enim dolo facere, q̃ vult aliena iactura locupletari.]rõ autem

SYL. * Dic, ꝙ iste tex. loquit, q̃n nulla sub erat cã, ex qua posset præsumi aliq̃d aliud agere uoluisse ædificantẽ q̃ donare: nã si alia cõiectura capi posset, præterq̃ donationis, tũc uerũ ẽ, ꝙ ędificãs, siue bonæ fidei sit, siue malæ, diruto ædificio fit dñs suæ mãę, d l. 2.]

e ¶ Fabrorũ. i magistrorum de lignamine, uel murorũ, sic ff. de eo q̃d certo loco. l 2. (aliàs. 3.) §. item Iulianus.

f ¶ Per exceptionẽ. quæ locum hẽt, ubicunque æquum sit exceptionem locum habere, siue alia cõpetat, siue non, ut ff. de excep. do. l. 2. §. generaliter. & arg. ĩ. eo. §. literæ.

pelli: utiq; si bonę fidei [a] possessor fuerit, qui ędificauit. Nam scienti alienū solū esse, pōt obijci culpa, q edificauerit [b] temerè ī eo solo, quod intelligebat alienum esse.

¶ Planta statim ac radices egit, cedit solo. h. d. ex l. adeo. §. si. ff. de acquir. rer. domi.

¶ Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diuerso, si Ti-

a ¶ Bonę fidei. Scilicet ab initio, & ex post scō, cū ędificauit. nam si ante, q̄ ędificet, sit bonę fidei, & cū ędificat, malae fidei sit, eligit̃ qdā media via, ita ut neq; ut malę fidei puniat̃, neq; ut bonae fidei expensas cōseruet: qa pmittitur abrasio, ut ff. de rei uē. l. Iulian⁹. si in aliena. q̄ est huic cōtraria. & facit ad hoc ff. de mi. l. intra. §. uendentib. b ¶ Aedificauerit. Cū de nouo ędificat. Et ut haec plenè sciātur, dic; Cū impēdi ī rē alienā, aut suo, aut meo noīe. Primo casu loqtur ille ti. de neg. gest. & ff. & C. e. Si meo, tunc aut fructuū gratia, & tūc ex fructibus deducit̃: aliàs nullus fruct⁹ intelligit̃, ut ff. sol. matr. l. fructus. & ff. fam. er. l. fundus q. † Aut cā rei seruādę: & tunc aut de nouo faciendo, aut non. Primo casu, si bona fide, hēo exceptionē, non actionem, fm Io. ut s. prox. §. & ff. de cond. ind. l. si in area. & ff de excep. do. Paulus. sed M. etiam actionē dabat: & est pro eo. ff. de pet. hær. l. hæreditas. §. 1 & ff si pars hær. pe. l. fi. & C. de rei uē l. 2. & l. domum. Sed ibi ipso gestu negociū fuit hæreditariū, quod necesse habuit facere, unde actionē dabat. Sed Ioā. contra, ut dictū est: & facit etiam pro e. ff. de rei uen. l. sumptus. & ff. de act. emp. l. idē j. & ff. de pe. hære. l. planè. Si uerò mala fide, tūc nec excipiendo, nec agendo conseruo, ut hic. nā neminē mihi nolui obligare, ut ff. cōm di. l. in hoc iudiciū fm Io. sed M. ēt dabat negociorum gestorū actionē, ut ff de neg. ge. l. si pupilli. §. sed & si qs. Sed ibi noīe alieno gerebat. Itē & p eo. C. de rei uend. l. 2. Sed ibi loquit̃, qñ ex aliena materia, & in alieno impēdi, ut ibi plenè notatur. Si uerò in reficiendo: aut bona fide, & tūc necessarias & utiles p doli exceptionē, uoluptarias p abrasionē seruamus, nisi dñs vellet tm̄ dare, quātū posset hre his ablatis, & corrasis, ut ff. de rei vē. l. in fundo. Si uerò mala fide, necessarias p officiū iudicis, cū tñ possideo, utiles p abrasionem cōseruo, uoluptarias nullo mō, ut C. de rei. vē. l. domū. hinc ē, q dicit Bul. hic q expensas repetā qñque p a. i. per actionē, ut ff. de ne. gest. l. si pupilli. §. sed & si qs. Itē p e. idest, per exceptionē, ut hic. Item & per o. idest, per officium iudicis, ut per l. C. de rei vē. l. domū. ut modo diximus. Et hæc in rei uen. locū habent. In petitione uerò hrditatis bonæ fidei possessor seruat oēs. At malęfidei possessor necessarias & utiles p officiū iudicis, aliàs per exceptionē doli re existente meliori ī qua factæ sunt, uoluptarias verò abradit, ut ff. de pet. hær. l. planè.

Impensæ in alienis negocijs factę qualiter recuperantur.

† Est tamē dña fm Ange: q a per pet. hære. malęfidei possessor nō deducit expensas, si fructus nō extēt, sed bonæ fid. sic.

Impēsę necessarię, utiles, uoluptariæ.

Expensas repeto p a. e. & o.

¶ Adde, q quia gl. non declarat perfectè, & materia excedit uires additionis, uidenda sunt quæ ponit Bar. in l. in fundo. ff. de rei uen.

** Adde Negusan. in tract. de pigno. in 3. membro. 5. part. nu. 9. ubi hanc omnem materiam in 12 conclus. digessit, & quidem diligentissimè, ita ut nihil desiderari possit. SYL.

¶ Si Titius. Casus facile figurat̃: uidebatur. n in hac q. concludendū plantam eius durare, cuius erat: & posse potius agi pro interesse soli à dño eius, qa nō mutabatur forma ipsius: quēadmodū in materia, ex qua ędificiū cōficiebatur, cū nostra sine scō & uolūtate nr̃a, ut diximus, à nobis nō abdicēetur: cōtrariū tñ decidit̃, qa cū arbor ex radicibus ipsis uiuificetur, meritò vr̃ potius attendēdum, quo ad dominiū ipsius, solum, ex quo durat, quā dominiū primū ipsius arboris, quod sine illo solo esset corru- SYL.

ptum

ptum & parũ durabile. No. summa.] a Commutatur. sed vt non cõmutari, eũm primo dño rei vendicatio- det utilis, vt ff. de rei ven. l. si frumen tv (alias inci. idem Pomp.) §. de arbore, quæ est cõ tra. Solut. licet ibi dicat, Varus, & Nerua dabant: non tñ sequitur, nos damus: † vel damus de æstimatione, sed nõ de plan ta, vt diximus. s. eo. §. præterea. ver. planè si longiore tẽpore.

† Facit. l. Hoc. § Alphenus. ff. de damn. infec.

ADDITIO. Et hæc vltima cõmuniter approbatur per l. in rem § item quæcunq;. ff. de rei vendic. Christo.

b Radices. oẽs, vt differat à sequenti.

c Dicamus. Immo vt eius, in cuius fundo originem duxit, vt ff. ar. fur. cæ. l. si plures. §. fi. Solut. hæc corrigit il lã. Vel dic, ibi poterat viuere arbor ex fundo primo, hic non. Vel efficitur Titii pro parte. ſ. vt hic, non in totum, ut ibi.

tius suã plantã in Mæuii solo posue rit; Mæuii planta erit: si mõ vtroq; casu radices egerit. Ante. n. q̃ radices egerit, eius p̃manet cuius fuerat. Adeo aũt ex eo tpe, quo radices egerit plãta, p̃prietas eius cõmutat, a vt si vicini arbor ita terrã Titii p̃sserit, ut in eius fundũ radices b egerit, Titii effici arborem dicamus. c Rõ d .n. nõ p̃mittit, vt alteri[*] arbor esse intelligat, q̃ cuius ĩ fundũ radices egerit. Et iõ prope confiniũ arbor posita, si ẽt in vicini fundũ radices e egerit cõmunis fit.

¶ Sata, sicut plantę, & ędificatũ, cedunt solo, & iisdẽ regulis p̃cedunt .h. d. ex l. qua rõne. ff. de acq. re. d.

¶ Qua rõne autẽ plãtę, q̃ terræ coalescunt, solo f cedũt: eadem rõne frumẽta quoq; † q̃ sata sunt, solo cedere intelligunt. Cęterum sicut is, q ĩ alieno solo ędificauit, si ab eo dñs petat ædificium, defendi p̃t p exceptionẽ doli mali, s̃m ea, q̃ diximus: g ita eiusdẽ exceptionis auxilio tutus esse p̃t is, q alienum fundo, si quod facit, ab eo petatur. recuperat expensas ope exceptionis.]

c. st. nu. 10. ꝙ §. fi. l. si plures. Itelligit, qñ arbor alit à solo uicini. nõ tñ occupat, vt quia tangit per longitudinẽ, & latitudinem, & qñ p̃t viuere ex radicibus, q̃ sunt in solo, vnde ducit originem, aliàs secus, vt hic.]

d Ratio. Facit. ff. eod. f. de acqui. re. do. l. adeo. in fi. & l. seq. & l. qua ra tione.

e Radices. pro parte.

[*] Adde, ꝙ si arbor uicini porrexerit radices in fundũ meũ, non licebit mihi propria auctorita te eas recidere, sed agere oportet negatoria, ei non est in alieno, se ius sicuti tignum, aut pro tectum immissum hẽre d. l. si plures. §. vlt. ff. arb. fur. cæs. Cępol. ubi s. nu. 2. & 9.]

† Cõcor. l. q. scit. §. ff. de vsuc.

Qua rõne. Casus figuratur, vt in §. pręcedenti: quia omnia dependẽt eadem rõne dubitandi & decidendi. Not. sum. Item ꝙ faciens aliquid in alieno fundo, si quod facit, ab eo petatur. recuperat expensas ope exceptionis.]

SYL.

SYL. [*] Dic, q̃ iste tex. loquit, qñ arbor posita in confinio egit radices tã in meũ q̃ uicini fundũ. § uero si qñ arbor ali cuius egit in agro eius radices, postea illas ẽt in uicini fundũ porrexit, quo casu credibile est principale alimentũ ab ipsa origine elici, non autem à fundo vicini, in quem extremas duntaxat radicum partes coniecit.]

[**] Adde s̃m Cæpol. de ser. urba. præd.

f Solo cedunt. vt s̃. proxi. §.

[**] Coalescere terræ est unitatem cũ terra facere. l. hoc §. Alphenus. ver. ita demum. de dam. infec.]

g Diximus s̃. e. §. certè. Sed q̃d si aliq̃s ex semine meo in alieno fundo seminauit. c̃ quem agam? R̃ndeo, contra seminantem nõ, quia nõ possidet, nec dolo fecit, quominus possideret. di.

Si quis seminauit ex semine meo in alieno fundo, agam contra dominũ fundi.

Item nec contra possidentē, q̄a eius facto nihil actum est. Sed tū dic cū te neri instar tigni iniuncti, qui tenet ēt si positum ab alio hēat vel teneat, vt diximus s̄. eo. §. cū in suo. per l. ff. de ijs q̄ deie. vel effu. si verò. §. si id q̄d posi-tū. † Et eadem qō fit in plantis, & eodem mō soluit, cū sit ratio similis, vt ff. mandati. l. Lucius. in fi. j. respon.

a ¶ Cōseuit. i. plantauit, vel seminauit.

quid actionē scriptor hēt reddito li. † Rñ. sic, si bonam fidē habuit: actionem dico. s. in factū, vt ff de rei vend. l. in rem. §. itē quæcunq; si malam si ad mercedem habuit, non hēt actionē, q̄a nec dem, & exceptionē ha sibi debet, vt hic. Sed suo labo-

dú sua impēsa bona fide conseuit.[a]

¶ Scriptura cedit chartis: quas si dominus petat, repelli à bonæ fidei possessore exceptiōe doli. h. d. ex l. qua rōne. §. literæ. ff. de aqui. re. do.

¶ Literæ † quoq; licet aureę sint, proinde chartis[b] membranisvè[c] cedūt, ac solo[d] cedere solent ea, q̄ in ædificant, aut† serunt: ideoq; si in chartis, membranisvè tuis carmen,[e] vel historiā,[f] vel orōnē[g] Titius scripserit: huius corporis[h] nō Titius,[i] sed tu dn̄s esse videris. Sed si à Titio petas[k] tuos libros, tuasve mēbranas, nec impensas scripturæ soluere paratus sis, poterit se Titius defendere per exceptionē doli mali: vtiq; si earū chartarū mēbranarumve possessionem bona[l] fide nactus est.

¶ Tabula cedit picturæ: repellit tñ pictor doli exceptione, nisi soluat tabulæ pretiū: sicut & dn̄s tabulę, nisi pictura impēsam persoluerit: nisi tabula sit furtiua: tunc. n. datur domino furti actio. h. d. ex l. qua rōne. §. literæ. ff. de acqui. rer. do.

¶ Si qs in aliena tabula pinxerit,[m] quidam putāt tabulā[n] picturæ ce-

cū hodie pretiosior sit scriptura, q̄ charta, nunqd mutatur hoc? Rñ nos, ut dēt quidā, vt no. gl. in Az. ꝑ sic: Nos, l. si non ꝑ non † ar. C. de testa. sancimus. & C de appel. precipimus. in fi.

re non satisfiat, p̄e retinere quintertum, si centū, & ibi Barto. & Bal. de condi.

Hæc opi. vera est, ut latè declarat p̄po. Senen. in 3. casu. in t. q. col. 2. & 3.]

† Si āt sit scriptor

SYL. inde. Angel. † Et bene sm Ang. hic per istum tex.

* ¶ Si quis. Casus Quęsitū est, vtrū tabula cedat picturæ, an ecōuerso. & cū s̄. visū fuerit, rē alij rei cedere, sine qua eē nō pōt, videbaī dicēdum simili mō picturam cedere tabulę. l. in rem. §. sed & id. ff. de rei vend. contrarium nihilominus deciditur, & tō assignatur in text. reliqua autem, q̄ in tex. disponuntur, pendēt ex rationibus allegatis in præcedentibus paragraphis, quas repetere nimis superfluum esset. Nota valere argu. ab absurdo remouendo.]

† Intellige totam hanc gl. qn̄ & serens & sa tum hūs sunt ī bona fide &c.

SYL. † Limita sm Ioan. Andr. in specu. in rubr. de &c. instr. ædi. col. 3. in addi. † aliàs in feruntur.

¶ Literę quoque. Casus figuratio accōmodetur sm superiores casus. eadem. n. cōstant rōne. No. summa.]

b ¶ Chartis. vt de bombyce, vt sūt hę, q̄ de Pisis veniunt.

c ¶ Membranis. q̄. de membris animaliū etipiuntur.

Membrana vnde dicitur.

* ¶ De mēbranis vide Pli. li. 13. c. 11. & 12]

d ¶ Solo. vt supra eo. §. cùm in suo.

e ¶ Carmen. metrice.

f ¶ Historiam. noui & veteris testamenti. idem dicā in fabula, vel chronica, vel quolibet libro prosaico.

g ¶ Orationem. ad Deum, vel ad populum, vel ad Principem.

h ¶ Corporis, idest libri.

i ¶ Non Titius. s. scriptor bonę fidei.

k ¶ Petas. directa in rem.

l ¶ Bona fide. Si aūt mala. laborem &c. donasse vr̄, vt s̄. eo. §. certè. Sed nun-

m ¶ Pinxerit. siue bona fide, siue mala fide: sm Pla. nos contra, quia bona fi. vt j̄. eo. § ibi, vtique &c.

n ¶ Tabulam. Quid si in marmore? Respon.

Respon. contra seruari fortè. Argu. tamen contra. ff. de testa. §. pen.
SYL. Dic sm Ang. idem & si in tabula marmorea pingatur, dum tamen nō sit affixa parieti: nam tunc pictura cederet marmori ex mēte pingentis, velut cū ornatus ædium posita l. & si nō sunt. §. queniam. ff. de auro & argen. leg.] a Cedere. ff. de rei vend. l. in rem. §. sed & id quod in charta. cōtra. Solutio: hęc corrigit illā. Vel distingue an pretiosior sit illa scriptura, q̃ tabula, sm Pla. q ait locū habere qđ hic dicit, si pictus est homo, non vrsus: bono colore, non atramento.

dere: alijs vr̃, picturam (qualiscunq; sit) tabulę cedere. sed nobis vr̃ melius esse, tabulam picturæ cedere. [a] Ridiculū est.n. picturam Apellis, [b] vel Parrhasij ī accessionem vilissimæ tabulæ cedere. Vnde si à dño tabulæ, imaginē possidente, is, qui pinxit, eā [c] petat, nec soluat pretiū tabulę, poterit ꝑ exceptionem doli mali summoueri. At si is, ꝗ pinxit, eā possideat, ɔ̄ns est, vt vtilis [d] actio dño tabulę aduersus eum detur: quo casu, si non soluat impensam picturæ, poterit ꝑ exceptionem doli mali repelli; vtiq; si bona fide possessor fuerit ille, qui picturā imposuit. [e] Illud.n. palā est, ꝙ siue is, qui pinxit, surripuit [f] tabulas siue alius, [g]

ff. de acq. §. aliæ. aliàs. § nanque si cui. e Imposuit. Hoc mirabile cōtingit hic, ꝙ condō possidētis est deterior, q̃ petentis: aliàs cōtra, vt ff. de interd. §. commodū. sic & aliàs ff. de nox. l. si quis à multis. & ff. si ex noxa. cau. aga. l. j. in fi. & l. ij. ff. de pet. hær. l. cùm idē. Sed adhoc respō. ꝙ in cā noxali eē poterit, ꝙ secundo agēs nō ꝓbabit. Itē ī petitione hrdītatis si bona iura habuit ī vīcēdo, hæc eadem habuit ī defendendo: & sic nō ē eorum conditio deterior. Item cùm hic hēat actionem pictor, si nō possideat: multo magis exceptionem debet habere soluto pretio, vt ff. de superfi. l. j. §. qđ autē. & ff. de reg. iur. l. cui damus. Sed nunqđ dño quondam tabulæ idem conceditur, si possideat, si pretiū picturę soluat? Rndit Ro. ꝙ sic, cùm sibi actio detur. Ego ɔ̄: vt sit differentia inter dñm & pictorem. Item quis præfertur, si ambo cōtra extraneū possidentē agant? Rñ. is, qui directā habet actionem. i. pictor: sm Io. Sed nunquid si tabula fuerit abrasa, remanet pictoris? Rñ. sic, vt ff. de rei vend. l. in rem. §. item quæcunq;. vers. & quod semel. Sed quare aliud in picturis, ꝙ in scripturis? Respond. quia pictura pretiosior est, quàm scriptura, secundum Io. * Aliam rōnem tradit Bar. in l. qua rōne. § literę. ff. de acq rer. do. nēpè, quia non occupatur tota charta. & iō ei cedūt literæ tanq̃ minor pars.] f Surripuit. Antequàm pingeret. g Alius. post picturam.

Possidentis conditio quāq; deterior q̃ petētis.

SYL. * Prior solutio verior est, non quidem vt Imperator corrigat, sed ꝙ ex varijs veterū altercationibus snīam Caij cōprobarit, vt tabula cedat picturæ, d. l. qua ratione. §. literæ. ff. eo.]

ADDITIO. Quod gl. dicit de homine vel vrso, non bene loquitur: q̃a non est requirēdū quid de pictum, dummodo honestū: vtrunq; n hēt exornare materiam: sed bene est inquirendum, qualis sit color. Christoph.

b Apellis, vel Parhasij, propria nomina pictorum.
SYL. * De quorum præstante artificio vide Plin. lib. 35. c. 10.]
c Eam petat. s. directa rei vendi vt ff. de acq. re. do. l. qua ratione. §. sed non vt literæ, secundum Azo.
d Vtilis actio. In rē, non directa, q̃a aliqn̄ desijt dñs esse. & sic est mirabile, ꝙ n̄ dñs à dño vēdicat. sic ꝓtingit aliàs in publiciana in q̃busdā casibus, vt no.

Vendicat aliqn̄ non dñs à domino.

Pictura pretiosior est scriptura.

SYL. ¶ Aecut. malè subaudit, quia ẽt ante picturã si surrepta sit, cõpetit dño tabulæ furti actio. potuit.n. ẽt res furtiua bona fide venire in ptãtẽ pictoris.]

c ¶ Iusta. Cùm multæ sint causæ, siue tituli acquirendi, vt in ff. colligitur in varijs titulis sub tit. de vsuca. vsque ad tit. de re iudi. idem tamẽ & si titulum non habeat, vt arg. ff. fin. regund. l. iiij. § sed ante.

cõpetit dño tabularũ [a] furti actio.

¶ Bonæfidei possessor facit fructus suos nec eos consumptos cogitur restituere: secus si fuerit malæfidei. Areti.

¶ Si quis à non dño, quem dñm esse crediderit bona [b] fide fundũ emerit, vel ex donatione, aliave qualibet iusta [c] cã æquè bona fide acceperit, naturali [d] rõne placuit fructus, [e] quos percepit, ei9

a ¶ Tabularum. Etiã, subaudi. nam & pictori contra extraneum furem datur, fm Azonẽ. Vel melius (vt mihi vr) hic loquitur quãdo fuit surrepta, antequàm esset picta: sed etiam contra dominum tabulę, si bi surripiẽtem posset dari pictori furti actio, facto furto tabula iam picta, vt ĩ. de obl. quę ex delic. nasc. §. aliquãdo.

SYL. ¶ Si quis à non dño. Casus. Quęrebatur, an possessor, q̃ uis bonæfidei, faceret fructus suos, si re vera alius sit dñs: & videbatur ꝙ non: quia fructus ex ipsa re illius esse vñt, cuius est res. cõtrariũ decidiť in ijs fructibus, in q. bus labor & industria possessoris vertitur. Aequitati.n. naturali consonum est, quod quisq; fecit sua impensa, labore, & cura, vt fructus percipiat, credens rem ad se pertinere iustis de causis, lucretur eos pro sua cura & labore. l. bona fides tm. ff. de reg. iur. secus est autẽ in malæfidei possessore, quia operas suas creditur donasse, qui eas exposuit scienter in re, quam sciuit alienã. No bo. fidei possessorem facere fructus suos. Itẽ ꝙ malæfidei possessor restituit rem cum fructibus.]

b ¶ Bona fide, quę in initio exigitur. i. vt credat sibi dantẽ hr̃e ius distrahendi, vt ĩ ff de vsur. qui scit. §. fi. † Nec obstat quod est. ff de acqui re. dom l. bonæfidei. §. in contrarium. qua ibi opponendo loquitur, non ponendo.

† Dic hoc verũ in alijs cõtractib. p̃ter quã ĩ emptionib9: qa in illis reqriť, ꝙ duob. tem potib. habeat bonã fidẽ, videlicet tẽpore contractus, & tẽpore traditionis l. ij. ff ꝓ emp. & quæ sit ratio differentię, ibi not. Ang.

* ¶ Adde, ꝙ bonęfidei emptor non solùm dr̃ is, qui credidit venditorem esse dñm, verumetiã si eum putauit ius vendendi hr̃e, puta procuratorem aut tutorẽ esse. l. bonęfidei ff. de uerb. sig & l. qui à quolibet de cõtrah. emp.

¶ Ratio autem est, quia in accessorijs præscribendis satis est titulus pro suo. Baldus in l j. colum. 2. C. de vsur. & fru. lega.] SYL.

d ¶ Naturali ratione. Idest iure gentium: de quo loquitur hic titulus, cui naturalis insita ratio est.

* ¶ Adde, ꝙ non solùm facit suos fructus iã perceptos, sed ẽt illos, qui tm̃ à solo separati sunt: nec interest, siue ipse bonæfidei possessor eos perceperit, siue alius. l. bonæfidei. ff. de acqui. re. dom. & l. qui scit. §. præterea. ff. de usur. & no. gl. j. & ij. in § seq. ĩ. eo.

e ¶ Fructus. s. industriales. aliud in naturalibus, vt ff. de vsur. l. fructus. Non obstat. ff. de acq. re. dom. l. bonæfidei. in princ. quod.n. ibi dicit, omnes, exponitur siue facto possessoris, siue al terius percepti, industriales tamen, vt ff. de vsuris. l. qui scit § præterea.

¶ Regula.n. est, ꝙ quilibet possessor etiã cum titulo tenetur restituere fructus naturales etiã consumptos: & rõ est, quia in eis agitur de mero lucro, cùm acquirantur sine impensa, & industria hominis: & ideò cessante ratione curæ, & solicitudinis, non cadit etiam disputatio an error iuris sufficiat. communis est hæc resolutio Docto. in l. & ex diuerso. ff de rei vendic.] SYL.

¶ Sed naturalib. fructibus consumptis an teneať possessor? Rñ. non tenetur possessor rei vẽdicatione: quia nõ possidet, nec dolo desijt possidere, sed condictionẽ sine causa teneť inquantũ locupletiorem, arg. ff. si cer. pe l si & me.

** Adde, ꝙ fructus nãles sunt poma, ficus, & similia: industriales, qui industria

ptria hominis q̄runt vt segetes, vinū, & consimilia, glo.l.& ex diuerso. ff.de rei vend. & in c grauis. de restit. spol.] ADDITIO. Sed si non sit effectus locupletior, non tenetur, nisi esset malæfidei. Ang.

esse pro cultura,[a] & cura.[b] Et ideò, si postea domin[9] superuenerit, & fundum vēdicet, de fructib. ab eo consumptis agere non potest.[c] Ei verò, qui alienum fundum sciēs possederit, non[d] idē concessū est: itaq; cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint cogitur[e] restituere.

¶ Fructuarius nō facit fructus suos; nisi sint à solo separati, vel per se, vel per alium eius nomine. Et ideò non collectos nō transmittit ad hæredes suos. Et idē in colono Aretinus.

¶ Is verò, ad quē vsusfructus fundi pertinet, nō aliter fructuū dominus efficit, q̄ si ipse[f]

a ¶ Pro cultura. vt segetes.

b ¶ Et cura. vt lac, & pilus, & lana.

SYL. * ¶ Adde, ꝙ iudex ipse æstimabit qui fructus sint naturales, & q industriales, Bart.in l.ex diuerso. ff de rei vendicat.]

c ¶ Nō pōt. nec ad p̄tiū, vt J.de off.id.§.si verò. & ff.fin. regun. l.iiij. §.Sed ante. si tñ extant, nō rei ven. quia pcipiētis sunt, sed officio iudicis tenetur reddere, vt C.de rei vend.l certum.§.bonæfidei.

SYL. ¶ Et ita communiter tenetur, vt latè Curt in consi.71. per totum.]

d ¶ Non idem. vt faciat fructus suos.

Fructus pcipiendi sunt quatuor casibus restituendi à malæfidei possessore etiā titulū habente.

e ¶ Cogitur restituere. Distingue tñ: quia si habet titulū malæfidei possessor, de consumptis condictione sine causa: de extantibus, rei vendicatione tenetur: de percipiendis, pp titulū excusatur, vt C.de rei vend.l.si fundum. nisi in quatuor casibus. Primò, quādo emit ab eo, quem scit vendere in fraudem creditorum, vt ff.quę in frau.cre. l.ait prætor. §.per hanc. Secundò, qñ emit ab eo, qui metu compulsus est, vt ff.quod met.cau. l sed & partus.

SYL. * ¶ Adde, ꝙ in primo casu ratio est, quia titulus habetur pro non titulo. d. §.per hanc. vbi Alber] In secundo verò hoc introductum est in odium inferentis vim vel metum.]

¶ Tertiò, quando emit contra interdicta legum sciens. C. de agric. cen.l. quemadmodum.lib.xij.

SYL. ¶ Adde, ꝙ hoc operatur contumacia ementis rem à l. prohibitam.]

¶ Idē in quarto, s.q ñ emit à fisco non solēniter vendente, vt C. de fide instr. & iu.hastę fisc.l j.lib.x.(i) Isti quatuor casus etiam not. ff. quod met. causa. l. sed & partus. & l. si fundum. C. de rei vend. Si nō habet titulū: de cōsumptis, condictione sine causa: de extantibus, rei vendicatione, vt C de condi.ex lege. l.pe. & C. de rei vendicat. l. si fundum. de percipiendis; officio iudicis. ff. de rei vend. l.si nauis. §.fin.

ADDITIO. (i) Hoc. n. procedit: quando ille emit circumscripta solēnitate iuris ſm Christ. * idem tamen, & si ematur ab alio, non adhibitis solennitatibus requisitis.]

* ¶ Adde, ꝙ licet malęfidei possessor restituat fructus et cōsumptos, hoc tñ intelligendum est, deductis impensis factis, præsertim in cultura & collectione. l.fructus qui dotis. ff.fam.erc. & l.si à domino §.vlt.ff.de pet.hæred.

SYL. ¶ Is verò. Casus. Quęrebatur, an fructuarius vel colonus facerent fructus suos: & videbat cadē rōne ꝙ sic, pro labore, & cura. cūm teneāt bona fide, & lō pendētes transmitti ad hr̄des, cū in eis sit illis ius quęsitū. Contrarium tñ dr̄ ea rōne: quia cū habeant ius vtendi & fruēdi durāre tm̄ vita, §.finitur. J.de vsufru. statim eo mortuo, fructus illi, qui pendent, censentur pars ipsius rei. l.fructus.2. ff de rei ven & spectat ad dominū: quia ius percipiendi eos morte est extinctum. No. summa]

f ¶ Ipse. alio enim percipiente non fiunt sui: sed fiunt bonæ fidei possessoris, etiam si eos alius percipiat, vt ff.de vsur.l.qui scit. §.præterea.

Adde,

eos perceperit. Et ideò licet maturis fructibus, nõdum tamẽ perceptis,[a] decesserit, ad hęredes eius nõ pertinent, sed dño[b] ꝓprietatis acquirũtur. Eadẽ fere & đ colono[c] dicũtur.

¶In fructu pecorũ sunt fet', lac, & lana: fętus verò ancillę in fructu nõ est: & fructuarius tenetur in locũ demortuorum supplere gregem, agrum, vel vineas. h.d. ex l. in pecudum. ff. de vsuris.

¶ In pecudũ fructu etiã fętus[d] ẽ sicuti lac, pilus[e] & lana. itaque agni, hędi, & vituli, & equuli, & suculi[f] statim naturali[g] iure dñij fructuarij sunt. Partus verò ancillæ ĩ fructu nõ ẽ: † itaq; ad de-

SYL. ¶ Adde ꝙ ibi glo. limitat, nisi alius noĩe vsufructuarij ꝑcepisset.] Vel aliter, si ipse percepit, non etiam hæres eius, nec enim ad hęredẽ trãsmittit.

a ¶ Perceptis. Vt si in horreo repositi sũt, facit suos fructuarius: sed bonę fid. poss. statim vt à solo separati sunt, ut ff. quib' modis vsusf. amit. l. si vsufructuari'.

SYL. ¶ Idẽ si nõ sint repositi, dũ tñ sint excussi & ꝑcepti actualiter. d. l. si vsufructuarius messem.] Et ẽ alia differentia, quia fructuarius facit suos naturales fructus, bonę fid. poss. nõ, vt ff. de vsufru. l. vsufructu leg. & de vsur. l. fructus.

Fructuarius & bonę fidei possessor diuersimodè faciunt fructus suos.

*¶ Percepti fructus æquè in fructuario, atque in bonæ fidei possessore dicũtur, simulatq; à solo separati sunt, etiã si adhuc excussi aut repositi non fuerint: sed fructuarius ita demũ eos suos facit, si suo nomine à solo separati fuerint: bonæ fidei autem possessor, à quocunque à solo separentur, vt ex text. in d l. si vsufructuarius. & declarat ibi Bar. & Tiraq. de retract. conuen. §. v. glo. iiij. nume. j.

b ¶ Domino. Sed per quam actionẽ? Rñ. per rei vend. cùm dominus sit, vel condictione ex hac lege.

c ¶ De colono. Qui numis colit: nam oẽs fructus facit suos, vt vsufructuarius: sed differũt, q̃a colon' talis facit fructus suos, vt à solo decerpti sunt, vt ff. de fur. l. si apes. §. si. secus in vsufructuario, vt hic dr̃. Vel dicas de partiarijs, vt ff. loca. & condu. cũ in plures. §. messem. secundum Azo.

Colonus & vsufructuarius differunt.

*¶ Adde, ꝙ etiam vsufructuarius fit dominus fructuũ, simul atque perce-

SYL.

pti sunt, vt dixi s. ad gl. in ver. perceptis. dummodo percipiant ab eo vel alio eius nomine: & §. messem. potest intelligi generaliter tã in colono numis colẽte, quam in partiario: quare verius est, verbum (ferè) eam ob cãm additum esse, quæ postremo loco ab Acc. refertur: qui aũt sit partiari' colonus, exposui in §. itẽ seruiana. ĩ. đ actio.] Itẽ dicit. ferè, propter aliud: quia colonus transmittit ad hr̃dẽ, vt ĩ. đ lo. §. fi. sed fructuarius nõ, vt hic.

SYL. ¶ In pecudum. Casus facilè figurari potest. in primis. n. ponitur regula ex qua videbatĩ inferri ad casum ancillę, in qua contrariũ deciditur in rõne posita in tex. In tertiò verò casu dubitabatur, an teneretur summittere in locum demortuorũ: & videbatur ꝙ nõ: quia cùm dominium esset penes aliũ, videbatĩ illi perire. l. incendium, C. si certũ peta. vnde onus supplendi ad dñum videbatur spectare: cuius cõtrariũ dicitĩ ea ratione, q̃a debet vti fructuarius bona fide, salua rerũ substantia. infra de vsufr. in princ. quod nõ est, nisi supplerentur vt dixi: & q̃a sicut bonus paterfa. uti debet, vt dr̃ in tex. No. ꝙ fœtus animalis irrationalis est in fructu. Itẽ ꝙ oẽs fructus sunt ꝓducti gratia hominũ: & ꝙ hõ nõ est in fructu. Itẽ ꝙ fructuarius supplere tenetur gregẽ, agrũ, & vineas.]

† Hæc fuit Bruti sententia, quę obtinuit aduersus P. Scęuolam, & M. Maniliũ: Cice. lib. 1. de Fin. Vlp. l. Vetus. đ vsufru.

d ¶ Fœtus. q. d. ita fœtus sicut &c.

e ¶ Pilus. Bouis, vel etiam caprarum, ad borram sellarum.

f ¶ Et suculi. idest parui sues.

g ¶ Naturali iure. i. gentium, de quo loquitur s. eo. §. singulorum.

minū proprietatis ptinet.[a] Absurdū [b] enim videbatur, hominē in fructu [c] esse: † cū omnes fructus rerū natura [d] gratia † hominis comparauerit. ¶ Sed si gregis [e] vsumfructū qs habeat, in locum demortuorū capitū, ex fętu [f] fructuarius summittere [g] dēt, vt & Iuliano visū ē: & in vinearū demortuarū vł arborū locū alias dēt substituere. † recte enim colere, & quasi bonus pater familias vti dēt.

¶ Thesauri i loco proprio, sacro, vel religioso, casu inuenti, cedunt inuentori: i alieno, diuiduntur inter dominum & inuētorem. hoc dicit.

a¶ Pertinet. quantum ad plenam proprietatē, nisi ēt & in partu sit vsusfructus legatus, vt ff. de vsufru. l. vetus.
*¶ Adde ꝙ & ad bonæ fidei possessorē pertinet partus ancillæ saltē vtiliter, vt not. gl. in l. in pecudū. ff. de vsur. quia ꝓ domino habetur, & ideo ei cōpetit actio Publiciana ad persequendū ipsum partū. l. si ego. §. partus de publi nam vsu capit. §. sed tamen. ver. item si is. ʒ. de vsu.

† Idē Cic. lib. j. offi. vbi tractat de iustit. & copiosius li. j de legi. & li. ij. de Nat. Deo.
† aliàs hominum.

b¶ Absurdū: sic ff. de vsur. l. in pecudum.
c¶ In fructu. scilicet vt ipse sit fructus: sed tamen in eo relinquitur vsusfructus.
d¶ Rerum natura, idest Deus: sic ʒ. de iure natura. in prin. vnde dicitur apud Ouidiū: Pronaque cùm spectent animalia cætera terram: Os homini sublime dedit, cælumq; videre Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. sic ff. de ædi. ædi. l. iustissimę, & ff de fur. l. qui vas. §. ex furtiuis. & ff. de pet. hær. l. ancillarum.

Li. j. Metamorph.

*¶ Huc pertinēt quæ scripta sunt Genes. c. j quæ omnino legantur, vt admirabilia Dei Opt Max. beneficia erga hominem agnoscas.]

Grex ad comprehendit.

e¶ Gregis. grex ē numerꝰ decē ouiū, vel quinq; porcorū simul & ꝓgregatī cōsistentiū, vt ff. d abig l oues. & facit. ff. de vsuc. l. rerum mistura §. tertium.
f¶ Ex fœtu. Aliunde enim non summittit, sm quosdam: vel fortè summitteret etiam aliunde, ar. ff de vsufr l. quid ergo. §. sed quod dicitur. in fi.
ADDITIO. Hæc gl. cōmuniter approbatur, vt non solū ex fœtu aliarum suppleat capita: sed etiam opus habeat aliunde quærere & supplere. Christ.

g¶ Sūmittere. Quæ summissio n̄ fit, si in singulis capitibus sit vsusfructus, vt ff. eo. l. quid ergo. §. sed quòd dr̄. in fi.
*¶ Rō, quare fructuarius in vinearū vel arborum demortuarum alias debeat substituere, illa est, qa ad eū ptinēt. vnde aliud in deiectis vi ventorū, quæ pertinent ad proprietarium. l. agri & l. arbores. & ibi glo. ff. de vsufru.]

† Facit ʒ. de vsuf in prin.

¶ Thesauros. Casus. Reuocabatur in dubium, thesaurus cui concedendus esset, & cuius fieret. In primis enī videbatur, ꝙ cū ī bonis nullius esset, cederet totus occupanti. § nullius. ʒ. eo. ex aduerso vero videbatur, ꝙ ne pars quidē illi deberet, sed in totū acquirerētur hæredibus illius, qui eam pecuniam deposuisset, cùm non ideo condita esset, vt pro derelicto haberetur, sed quo tutius custodiretur: Adrianus tn̄ naturalem æquitatem intuēs, quia nō extat qui sibi fieri præiudiciū dicere possit, cùm thesaurus sit pecunia à dominis ob vetustatē ignotis cōdita l. j. C. de thesau. lib. x. statuit, vt inuentus in suo, inuentoris totus esse debeat, in alieno vero, vt diuidatur æquis portionibus inter inuentorem & dominū loci.] No. thesaurū inuentum in loco proprio propriū effici: in alieno, siue ille locus sit publicus, siue religiosus, siue sacer, cedit pro dimidia inuentori, pro dimidia domino.]

S Y L.

*¶ Adde, quid de thesauro ab emptore inuento in re vendita, durante tpe præstituto ad reuenditionem, & antequā res redimaẗ, vtrum pertineat ad ipsum emptorem, an ad venditorem redēptione facta, an ad vtrunq; : vide tex.

¶ Thesauros,[a] quos qs in loco[b] suo[c] inuenerit, diuus Adrian[us] † nālē æquitatem secutus, ei concessit, q eos inuenerit. Idē q̀ue statuit, siqs ī sacro, aut religioso[d] loco fortuitò[e] casu inuenerit. At si qs in alieno loco, non data[f] ad hoc opa, sed fortuitu inuenerit, dimidiū dño[g] soli ꝯcessit, et dimidiū inuētori. Et cōueniēter, si qs in Cæsaris[h] loco īuenerit, dimidiū inuētoris, & dimidiū eē Cęsaris statuit. Cui ꝯueniēs ē, vt siqs ī fiscali loco[i] vł publico,[k] vel ciuitatis[l] īuenerit, dimidiū ipsius eē

tex, in l. diuortio. §. si fundū. & ibi gl. Bar. Bal. & alios ff. sol. mat. & latius remissiuè apud And. Tiraq in tract. de retrac. conuentionali. in fi. nu. 97.

Thesaurus quid ē.

a ¶ Thesauros. Est autem thesaurus pecunia ab ignotis dñis uetustiori tempore abscondita, ut C. de thesau. l. j. libr. 10. in princ. uel depositio pecuniæ, cuius memoria non extat, ut ff de acqui. rer. do. l. nunquam. §. thesaurus. quā doque improprie dicitur, ut ff de acquiren. poss. leg. peregrè. in princ & ff. ad exhibend. leg. thesaurus.

† uide Aelium Spar. in Adriano.

* An in dispositione huius §. sufficiat sola inuentio sine apprehensione, est glo supra eo. titu. §. item lapilli. in uer. inuentoris, quòd sic. Sed Bart. contra, in l. j ff de acqu. possess. in prin. cuius sententia recepta est.]

** Adde. ꝙ hic §. non habet locum in pecunia perdita, si ab aliquo reperiatur, nā illius ꝑmanet, cuius fuerat. l. à tutore. ff. de rei ven. sed qd si non inuenitur, cuius sit, licet fuerit diligēter perquisitū, nunqd possum retinere? & Bal. in l. j col. j ff. e. tenet, ꝙ debeat cōsignari epo loci, q eā det pauperibus, arg. auct. oēs peregrini. C. eo. de suc. (c. s.]

b Loco. aliàs solo.

c Suo. iure directo uel utili: ut si feudatarius, uel emphyteuticarius, uel similes licet Pla. aliud dixerit in h. s.

SYL. Speciel approbatur in casu posito: & infertur, ꝙ si dñs directus in fundo emphyteuticario inueniat, pro dimidia spectabit ad emphyteutam: ꝙ si extraneus inueniat, dimidia erit extranei, alia emphyteutæ] Quid si mercenarius, dū laborat in alieno, uel creditor in pignore inueniat thesaurū? Rñ. dimidiū eius est, in cuius fundo inueniunt, & dimidiū sibi acquirunt, vt ff de acqui. re. do. l. si is qui. §. ꝙ si creditor.

